

naturam. Sed transcant hæc cum cæteris erroribus.

Quid cogitant vestrates de *Morionibus albis*, de novâ istâ specie hominum, quam descripsit Montperterrius \*? Ego nescio, utrùm sint varietates vel diversæ species. Aures longæ, statura parva, senectus 25 annorum, oculi rubro flammei, palpebræ implicatæ, visus lateralis, etc., multa sunt. Certè, si unquàm anatomia edoceat aliquam differentiam, erint certissimè è novâ specie, adeoque non nepotes Adami et Evæ. Ego video quæ faciant aliquandò theologis negotia, si non nepotes Adami \*. Nequeunt vocari *Simiæ*, cùm loquantur et ratiocinentur.

Fasciculum mittam Hallero, primâ datâ occasione. O bone Deus! et tu adhuc cares stipendiis Regiis! Pudeat mihi et omnibus iisdem frui, dum tu, qui certè in medicis hodiè summus es, iisdem carebis. Faxit Deus ut habeas propediem! Cavendum, ne magna injuria fiat *fortibus* et miseris; spoliatis arma supersunt.

---

\* MAUPERTUIS : *Dissertation physique à l'occasion d'un Nègre blanc.*

\*\* *Ne nimium curet Linnæus de Theologis. Cecidit scientia, Ipsi tutè sciunt, dum Veritati Revelate laceranda frustrâ vires impendit; seriùs oculus, oriente luce, arma deponit, bellum cessat, et unus idemque Deus, scientiarum Dominus et Auctor fidei.*